Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów. Zespół (fond 5 opis 2).

Autografy Biblioteki Zakładu Narodowego im. Ossolińskich

.

20. August II. Podpis na nominacji Antoniego Kalinowskiego, kasztelana krak. na cześnika halickiego 1717.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

BRAKUJĄCE NUMERY AUTOGRAFÓW ZOSTAŁY PRZENIESIONE DO INNYCH ZBIORÓW LUB ZAGINEŁY

11 Augustus II. Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Litvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ
20. Kiioviæ Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ Severiæ Czerniechoviæq; Nec non
Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector

Significamus præsentibus Lris Nris quorum interest Universis et Singulis. Cum Nobis semper in esse curam, ut præclara in Nos et Rempbcam merita æquis remuneremur honoribus, et non solum Virtutes bene meritorum plena gratitudinis prosequamur memoria, sed etiam instantaneo compensemus favore. Nec dissonum esse duximus, cum perspectam et inconcussam in Nos Generosi Antonij Kalinowski Comilitonis Cohortis hastatæ Illustris et Magni Castellani Cracoviensis Exercituum Regni Supremi Ducis habeamus fidem. Quin eidem Pincernatum Haliciensem post fata Gnosi Samuelis Zurakowski ad Nostram dispositionem Regiam devolutum, cum omni jure, titulo, prærogativa omnibusq; ab antiquo ad id munus spectantibus Jurisdictionibus et obventionibus eidem daremus et coferemus prout ex nunc damus et conferimus, ad extrema vitæ tempora vel maioris alicuius Dignitatis assecutionem. Quod omnibus quorum interest, certim vero Senatoribus Dignitarijs, Officialibus totiq; Nobilitati Terræ Haliciensis notum esse volentes mandamus ut præfatum Generosum Antonium Kalinowski pro vero et legitimo ac indubitato Pincerna Haliciensi agnoscant; eiq; de loco, munere titulo prærogativa obventionibus, eidem muneri consvetis, respondeant et ab omnibus responderi curent pro Gratia Nra. In quorum fidem Literas præsentes Manu Nra Subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die 11 Mensis Martij Anno Dni MDCCXVII. Regni vero Nri XX Anno.

Augustus Rex

Pincernatus Haliciensis post fata Gnosi Samuelis Zurakowski Gnoso Antonio Kalinowski Comilitoni Cohortis hastatæ Illris et Magni Castellani Cracoviensis Exercituum Regni Supremi Ducis confertur.

Franciscus Thaddeus [illegible]
[illegible] Minoris [illegible]

In Castro Haliciensi

Privillegium Ptens Super Pincernatum
Halicien Mco Antonio Kalinowski a S. R.
Majestate Collatum Feria 5ta infrasti
no Diei Cinerien Anno Domini
1747 per oblatam porrectt Susceptt
et Ingrossatt.

20

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

DIGITAL – CENTER

ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.